



Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>

This is a reproduction of a library book that was digitized
by Google as part of an ongoing effort to preserve the
information in books and make it universally accessible.

Google™ books

<https://books.google.com>



EPISTOLA

R. P. N. CLAV-
DII AQVAVIVAE
PRÆPOSITI GENERA-
lis Societatis IESV, ad Patres
& Fratres eiusdem
Societatis.

De studio perfectionis, &
caritate fraterna.

PRAEFIXA EST IN-
DVLGENTIA PLENARIA, IN
forma libilei à S. D. N. Sixto. V.
Societati concessa, Anno
M. D. LXXXVI.

DILINGÆ.

Digitized by Google

INDVLGEN-

TIA PLENARIA

IN FORMA IVBILAEI,

Societati Iesu concessa, Anno

M. D. LXXXVI.

Dilectis filiis, Præposito Ge-
nerali, & aliis Religio-
nis Societatis

I E S V.

SIXTVS PAPA V.



I L E C T I filij sa-
lute m, & Aposto-
licā benedictio-
nem. Ut fructus,
quos benedicen-
te Domino, per vniuersum ferè
orbem, Religio vestra in ciu-

A z d e m

Indulg. plenaria

Iem Domini horreum infert,
sibiores prouenant, & labo-
res, quos in agro Dominico ex-
colendo ad Dei gloriam, &
animatorum salutem, continen-
ter suscipitis, eò alacrius im-
pendatis, quò magis spirituali-
bus solatiis Apostolica beni-
gnitate adiuti eritis; De omni-
potentis Dei misericordia, ac
beatorum Petri, & Pauli Apo-
stolorum eius auctoritate con-
fisi, vobis, atque adeò vniuersis
& singulis vestre Societatis per-
sonis, etiam Nouitiis, qui certa
die, per te, fili Præposite, aut per
vnumquenque Prouincialem
in sua Prouincia, vel per quem-
libet alium Superiorum loca-
lem

lem in vnaquaque Domo, vel
Collegio vestræ Societatis cui
præterit designanda, & statuen-
da, confessi, & contriti, ac san-
ctissimo Eucharistiæ Sacramen-
to refecti, pro augmento, bono
progressu, & fælici statu istius
vestræ Societatis, ac etiam pro
Infidelium gentilium Regni
Chinæ ad fidem catholicā con-
uersione, piis ad Deum preces
fuderint, plenariam Indulgen-
tiam, & remissionem omnium
suorum peccatorum, pro vna
die duntaxat, in forma Iubilæi,
auctoritate Apostolica miseri-
corditer in Domino concedi-
mus, & clargimur: Præsentibus
post lapsum diæti diei minime
valituris.

A 3 Vo-

4 *Indulg. plenaria.*

Volumus autem, quod præsentium exemplis, etiam impressis, manu Notarij publici, vel Secretarij eiusdem Societatis subscriptis, & sigillo Prælati Ecclesiastici, vel tuo, fili Præposite, munitis, eadem fides ubique gentium & locorum habeatur, quæ eisdem præsentibus habetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Petrum, sub Annulo Piscatoris, die prima Februarij, M. D. Lxxxvi. Pontificatus Nostri Anno Primo,

Io. Baptista Canobius.

JACOBVS XIMENEZ
Secretarius.

EPISTOLA
R.P.N.GENE-
RALIS CLAVDII
AQVAVIVÆ

*Ad patres, & fratres Socie-
tatis; de studio perfectio-
nis, & caritate fra-
terna.*



I MVNIFICI DONA
largitoris, cuius beneficio
vitam, & eam, quæ natu-
ra nobis inest, & longè
diuiniorem alteram adeperi sumus,
primigeniam apud nos dignitatem
suam perpetuè retinerent; & si nos,
arborum in flar, ad vitæ fluuij, qui
cælestem latificat Hierusalem, pa-
triam nostram, decursum consiti, &
ab æstu quam longissimè geluq; se-

moti, perennem illam irrigationem,
 & sempiternam velut patrij soli cæ-
 lique serenitatem habuimus: nihil
 attineret tam grauem nos, & quoti-
 diam in rebus nostris, quæ penè in
 horas dilapsæ fluunt, aut syluescunt,
 diudiciandis, & prout opus fuerit,
 expurgandis, nouandis, & alio atque
 alio apparatu tuendis, operam collo-
 care. Iam vero, cum perpetua atque
 infesta mortalis corporis pugna gra-
 uemur, & sarcina; cumq; quasi stir-
 pes quædā in fiticulosos saltus trans-
 positæ, peregrina aduersaque gleba
 conflictemur: mirum nemini videa-
 tur, si necesse sit iugem adhibere so-
 tertiam, ac velut artem, quæ nos ex-
 colat, erigat, obtegat, adminiculetur;
 & adiumenta conquerirere, quæ ad o-
 minem nobis incolumentem atq; in-
 crementa præfariosint: non secus at-
 que teneriores quædam, atque opere
 topiario eleganter intextæ, aureorum
 malorum arbusculæ, si frigidore cæ-
 xi plaga, ac perpetuis vexantur nivis,

bus,

bus, singularem cultoris vigi'ātiam, laborumq; contentionem desiderant, vt natuam vim suam, & pulchritudinem tueantur. Cūm præser-tim, etiam postquam religioni no-men dedimus, non rād reliquum fiat in nobis veterum semen aliquod ex-rorum, ac velut anieactæ vitæ loliū: præterquām, quod in ea, quæ auspica-tō cœpta sunt, transuersa soleat in-currere parūm constans naturæ no-stræ conditio, quæ quantis ponderi-bus ad peiora ferè nos deprimit, tan-to maioribus vigiliis, & quasi lacer-tis est obtinendum.

Ea de re cum verba faceret D. Gra. *Apolog. ad* gorius Nazianzenus, exponeretq; patrē, præ- cælestē donum, quod initio diuini-sente Ba-sus accepimus, quām ægre conserue-filio. tur; Saulis Regis pertractat exem-plum, negatq; vlli dubitandum es-se, quia per inhabitantem Spiritum Sanctum, fuerit ille in spiritualem virum commutatus. Verum, inquit, quia non se secum spiritui præbuit, nec

parē alium in virum mutare est, quando-
admodum oraculo de ipso proditur fan-
rat, sed improbitatis scintilla pristine,
maliisque seminis aliquid in eo restabat,
eratque in eo pugna spiritus, & corporis;
motissimis illis tandem iustitiae est trage-
dis. Et subiicit paulo post; Iudeo-
men hinc animaduertitur, quod tamē
gratia divina non contingat indignis, neq;
omnino in malum, & incepum instrumen-
tum cedat; (nam recte dictum est, etiam
me assidente, In animam malevolam nō
intrabit sapientia) nihilominus proprie-
tatem habitus ac naturae huma-
ne, nequequam minoris negotijs sit, mea
quidem sententia, dignitatem suam, &
conciunitatem seruare, quam ab initio
verè aptum concinnumque reddi ac dig-
num effici: preservim, cūm ipsa gratia sa-
penitentia (ut quod omnium malorum
nosterorum miserrimum est, & absurdum
maxime, proferam) fastu quodam animos
efferens, à Deo deiicias eos, quem non redit
ad ipsum propius accesserant, neoque modo
sit, ut dum exsollicitur, disturbemur, quo
peccas

*Peccatum frat supra modum peccans, per
tem bonam mihi mortem afferens.*

Duae nobis res hoc facto, & tam
grauibus verbis religiosissimus Pa-
ter commendat, ambas quidem
per necessarias iis, qui a despiciatis, ac
stolidis domus suę iumentis conquis-
tendis, hoc est, a recordibus, ac bru-
xis huius vitae voluptatibus, & curis
abstacti, sese in altioris vitae genue-
recepere. Una res est, ut Deo se quis-
que totamente deuoueat, nec ullam
in seipso vanę cupiditatis sementem
veliquam patiatur. Nam propter
ea sanctissimus Doctor affirmat fu-
isse adhuc in Saule spiritus, & cor-
poris pugnam: neque enim sentie-
bat ab ea posse nos penitus immunes
esse, dum fragili fluxoque corpore
distinemur; sed illud modo nos mo-
ritos voluit, Si ad Deum, ut inquit
Apostolus, in plenitudine cordis ac-
cedamus, hoc est, si & nosmetipsos
exuere, & induere Deum ex animo
studamus, ita possemus, & solere dä-
minis.

uinis auxiliis cōfirmari, vt licet nonnulla resideat rationem inter sensumque dimicatio, non ea tamen si, quæ vel internæ ciuitatis tranquillitatem perturbet, vel in dubium reuocet, vter hac in domo dominetur atque imperet; sed potius inuicta mensius suum tueatur, & impetus concupiscentis animæ, ne longius euagentur, coērceat. Contrà verò, quicunque ita se Deo, Religionique addixere, vt interea loci neque omnem de se curam abiiciant, neque mundo placere velle desinant, minime mirum est, si magnis périculo-rum fluctibus agitantur: nam hoc quicquid mali seminis in ipsis refiduum est, sensim pullulat, atq; adodescit in culmum: & (quod aliquando sibi D. Augustinus fatetur timuisse) quæ tenuissima licia videbantur, in funes penè nauticos excrescunt, arctissimeque, quos implicuere, devinciunt. Itaq; testatur ille, se tunc à Deo, vt nequaquam defisteret, ex-
timu-

timulatum, ne, *Si non, inquit, abrum-*
pereretur id ipsum exiguum, & tenui quod Lib. 8. cō-
remanserat, renalesceret iherum, & me fess. c. 11.
robustius alligaret. Altera res est,
 quod, esto, rebus iis quas admirantur homines, initio nuncium remitteri
 mus ex animo ; tam lubricum tamē,
 & ad deteriora declive naturæ pondus est, ut quam facillimam conuer-
 sionem, & inclinationem tranquilli-
 status cauere, nihilo minus laborio-
 sum atque arduum sit, quam ad præ-
 claram aliquam animorum dignita-
 tem, & quasi concentum peruenisse:
 cām præsertim (quod in malis no-
 stris luctuosissimum miseræ genus
 est) ipsamet erga nos Dei liberalitas,
 non nullos interdum plus nimio iam
 elatos, sibiique præfidentes ex cæle-
 stium copia donorum, (nisi tanquam
 in gyrum rationis ac modestiæ du-
 cantur) ab eodem Deo, ad quem non
 vt par erat accessere, deducat atque
 abstrahat. Eos igitur præcipites agit,
 dum attollit incertos, vt satis inde
 per-

perspicuum fiat illud Apostoli; *Reco-*
catum, ut appareat peccatum, per bonum
operatum est mihi mortem, ut fiat supra
modum peccans peccatum, hoc est (ut
Chrysostomus interpretatur) pec-
catum turpitudinis, ac nequitiae suæ
virus satis manifestò prodit, cū san-
ctissimani plane rem per summum
scelus, ac socordiā nostram, instru-
mam vertat ac pestem.

QVOCISCA, nec mihi, nec vobis
 molestū esse decet, quas possumus,
 sequi atq; vrgere opportunitates, ad
 mentem nostram identidem exci-
 tandam, scientes, fratres à Deo dile-
 &i, electionem vestram, cum quantò
 maioribus donis aucti videmur, tan-
 tò seuerior eorum ratio reddenda
 sit; & quantò copiosiorem misera-
 tionis suæ vim erga nos Deus vltò
 profudit, consequens etiam sit, ut
 tantò grauius nostræ tarditati iner-
 tieque succenseat: vt queadē verò
 succenseat, ut si hoc spectetur, ho-
 minum ceterorum, quise penè totos
 tene-

tenebris amersere, delictis vix com-
miseri videatur. Quis cecus (inquit Esa. 42o.
per Prophetam quendam) nisi ser-
uus meus? aut quis surdus, nisi ad quem
meos misi? ac si aperte profite-
retur, & ceteros, neque cœcos esse cen-
sendos, si offusis cælo tenebris vi-
deant nihil, neque surdos, si, quibus
nihil loquere, non audiant: verum,
si qui sunt, qui in clarissima luce ca-
ligent, & ad nunciorum clamores
obsurdescant, id demum cœcitatis
esse, id surditatis argumentum. Id
quod, ut planius explicem, (tametsi
de vobis, dilectissimi, meliora, quin
etiam altiora confidam) nego ullam
nobis excusationem in Dei conspe-
ctu profuturam, nisi eum teneamus
vitæ cursum, eamque lucem sequa-
mur, quæ nobis, id agente Deo, per
famulum suum Ignatium ex Con-
stitutionibus, ex regulis, ex nostræ
Societatis instituto, ex eiusdem de-
nique optimi parentis, dum in hu-
manis ageret, grauiissimis monitis,

&c

& salutaribus affulget exemplis.
 Cùm præsertim Dei præterea benevolentissima sedulitas, quotidie mentibus nostris variè præluceat, & stimulos ad meliora subiiciat, neq; nobiscum velut cum seruis agat, exponēs duntaxat, quid à nobis herili more deposcat, sed ut carissimos sibi liberos instituat, consiliorum etiam suorum communicatione dignatos. Atque, ut missa alia faciamus, vna vox illa Redemptoris nostri; *Si diligitis me, mandate mea seruate*, cuiusnam pectus non emolliat! sanè ac si dixisset; non poenas denuncio, pollicitationes meas non insculo, non meorum erga vos meritorum rationes exigo, non pono ob oculos præmiorum amplitudinem: sed illud vnum; *Si diligitis me, perficite quæ iubeo*. Quis tām ferus, ac ferreus sit, qui si sc̄ū ipse reputet quis loquatur, & quibus id verbis commendet, in usitata mentis dulcedine non liquefacat, ac fluat? certoque statuac

statuat, alacri atque crebro animo aggredi, quicquid perspexerit illius, aut voluntati gratum, aut honorificum maiestati. *Hec est pars mea & hereditas mea, canebat sanctus David.* Sequantur alij quæ maxime volint: suas, licet, quam longe lateque norint, proferant cupiditates; mea vero pars fuerit Domine, custodire legem tuam. Veram maiora adhuc atque illustriora iura sunt, ut Diuus annotat Basilius, quæ nobis quasi Prætorianis militibus, aut Regiis cubiculariis sanciuntur, quam quæ promiscue feruntur in vulgus. Eam ob rem nostræ quæ sint partes attendamus. Sunt autem illæ, in quibus figura nostra omnis mens, & locanda est; nimicum, ut in omnem vitam diuinæ voluntati obsequamur & gloriæ; neque Dei seruus alia in re villa suam positam esse extimet vitam, delicias, beatamque tranquillitatem, quam si totum se singat, & accommodet ad arbitriū,

mutumque Dei; cuius voluntas totius est iuris ac recte certa lex, cuius studium, ut ei nos, nostra solum felicitatis causa, morem geramus, cuius obsequium incundissima quies, ab eo verò recedere, extremum ma-

Psal. 118. **I**lorum omnium. Os meum aperi, & attraxi spiritum, quia mandata tua desiderabam, aiebat Psalter. Cum enim os speruisset necessaria refrigerationis gratia, testatur duxisse se vitali auram de celo, hoc est, perficiendi que Deo placent, desiderium; quod solum respirationis loco velit habere, dum viuat. Deus meus (ut ita loquentem David faciamus) in quo viuo, moueor, & sum, meo quidem in ea quæ iubeas obsequio, tibiique obtemperandi studio pertinere sustendor, atque animantes respiratu. Itaque sicut corpus quis temporis puncto frigidorem suram hauriat oportet, ne natius calor interclusus extinguitur; ita multo etiam magis penè in horas,

aut

aut in momenta potius, explendæ
tuę voluntatis amore, ac pietate me-
us animus recreatur. Hoc itaq; de-
fiderio quasi quodā oris hiatu sua-
uissimam requiro aspirationem, &
quidem quantō possum creberrimā,
prout huius fœnæ domus, quam in-
habito, patiuntur angustiæ. Neque
imperitò ait, *Ostendit aperte*. Nam,
ut sapientes tradidere, aspiratio
meatuoris excipi et iicique non so-
let, nisi cum permagnum, & præsen-
tissimum influentis aëris subsidium,
vita, ne opprimatur, exposcit. Iis
igitur verbis sanctissimus Vates de-
clarauit, non sine maximo melioris
vitæ periculo, ullis unquam momē-
tit piam hanc aspirationem, qua
sub diuinæ ius voluntatis nostram
subiungere cupimus, intermitti: aut
fortassis ita vehementibus incenſio-
que studiis ad Dei voluntatem ca-
pessendam sese inflamatum ani-
ma duertebat, ut propterea se respi-
randi vicissitudine, tanquam grauis

æstus alleuamento, reficiendum pa-
tauerit. Hoc denique illud est stu-
dium, quod nostræ vocationis ratio
nobis imponit: hoc consilio Socie-
tati Iesu nomē dedimus, ut patris, &
dominatoris nostri voluntate nihil
habeam⁹ antiquius, & re ipsa preſte-
mus id, quod ex grauissima Cōſtitu-
tionū affeueratione, & ex primis a-
dō tyrocinij nostri rudimentis, tā-
quam cū lacte nutricis exugere viſi-
fumus; nempe, ut Dei voluntatem,
cuius interpres Præpositi nostri
ſunt, nostram eſſe arbitremur. Qua-
in re frequens, ac perennis exercita-
tio, eximiam quandam vim habet
efficiendi, vt & indies maiorem ex
illa capiamus voluptatem, & neſcio
quo ſapore admirabiliq; luce, qua
naturæ facultatem atq; aciem exu-
perat, perspicuè dignoscamus, hoc
discipline genus haſtum deceptū-
que fuiffe de caelo. Id, tanquam pro
testimonio, dixit Saluator noster iis
verbis; *Si quis voluerit voluntatem eius facere*

Fuere, cognoscet de doctrinâ mea, vtrū ex Deo sit. Hoc est, eam doctrinâ si vita ac factis exprimere studeam⁹, arcanos quos dā sensus, & in usitatos affat⁹, supra consuetudinē, supra mortalitatē nanciscemur, vt propterea sapientiam istam diuino latu fuisse ortā, facile in animum inducamus.

Verum huius suauitas argumenti meam longius quam oportuit prouexit orationem: voluissim enim non ut alias feceram, pluribus agere, sed breuiter id duntaxat, quod hoc tempus postulabat, exponere. Scripsoram namque alias, impulsus ea, quæ tunc nuaciabantur, Iaponicæ Ecclesiæ bona fruge, & cohortatus vnumquemque, vt regnaretur spiritu mentis suæ, misi etiam quod nobis ad eam rem promouendam, pia memoriam Gregorius xiiii. concesserat Iubilæum. Nunc, cum non ita pridem ex Sinarum regnis recens ora ea effet occasio, (vt ex eius rei lætioribus initii, quod Dei munus est,

cognos-

cognoscere potestis) alterum putauimittendum, quod à Sanctissimo Domino Nostro Sixto Quinto impetravimus, in quo illud adhuc amplius est, quod ad bonum Societatis nostræ statum, eiusq; feliciores progressus à Deo impetrando, concessum est. Inde planū sit, quāta sit huiusc rei magnitudo, & quantū officij nostri maior obligatio, quanta deniq; in vno quoq; nostrum sit posita vis, ac facultas, ut eorū quæ agimus, secundos exitus consequamur.

Rei magnitudo, inquā; neq; enim solum ad Dei obsequium per se valeat quamplurimum, prosperitas ac perfecta pietas Societatis nostræ; sed etiam, si cogitationem intendas in omnia studia, quæ nostrates in Iaponiorū, Sinenium, aliarumq; gentiū salutē conferūt, certè nec ad animatum lucra, nec ad Dei gloriam, vt portet, amplificandam, conatus heretici momētum ullum habituri sunt nisi sua ipsa Societas vi ac firma vale-

valetudine cohæreat. Nam & imbecillum si fuerit, nec probè affectum corpus, eiusq; mēbra in suis obeundis muniis languescāt, nullum cum laude cursum, seu pugillatum adorietur.

Dixeram adhuc; Officij nostri maijore obligatio. Nam si (vt superioribus litteris de spiritu renouādo fūsiis disputauī) religiosissimam vitationē à nobis Deus exigit, vt proximis adiuuandis Societatis industria sit salutaris, quantō seuerius reposceret, vt ipsa Societas non moddabil per nos de statu declinet, sed, vt vigilantia potius, & contentione nostra, ad ampliora se tendat atque erigat?

Quam sanè ad rem, nec leue nobis calcar accesserit, si cogitemus ex nobis vniuersis corpus vnum reagmentari, eamque esse membrorum inter se consensionem, vt vnicuique pertimescendum sit, suo ne vitio in reliquum omne t. .

B 4 corpus

corpus aliquid redundet periculi.
 Mirum atque horribile planè est, di-
 gnumque, ob quod ambæ audien-
 tium aures (ut scripturæ loquuntur)
 meritò tinniant, meminisse apud Is-
 raelim, duce Iosue illustrem, Deo
 autem Principe ac moderatore glo-
 riantem, & tunc eius iussu eductum
 in aciem, propter vnius Achan fur-
 sum de anathemate Hiericho, quan-
 tum totis penè castris turbatum sit,
 fusis ab hoste ter millibus fortissi-
 morum Israël, & Deo seuere denun-
 ciante, *Non poterit Israël stare ante ho-
 stes suos, easque fugiet, quia pollutus es*
anabemate: & quod longè magis
 horrificum est, *Non ero, inquit, vobis*
vobiscum, donec contraham cum qui huic
sceleris reus es: & quamuis vnius es-
 set sacrilegium, vniuersos tamen (ut
 annotat Augustinus) affixit, ac pen-
 culit. *Vt non, inquit, se solum quisque*
 per Iosue furet in populo, sed iniucem sibi adhibe-
 lib. 5. q. 8. *aut diligentia, & tanquam vnius corpo-*
ris, & vnius bominis alia pro aliis fini m-
bra

bra solicita. Quo sanè facto sempiter-
nus Iudex indicauit, quāta sit singu-
lorum in aliquo cōetu, ac sodalitate
cōmunitas, cūm eorū nullus seorsim
solus censeatur, sed singuli sint qua-
rundam partium instar in toto. Vir-
des, inquit Chrysostomus, quomodo De verbis
misericordia peccatum toti populo vindictam acc. Isaie; Vida
cerfit? Quomodo Deum aduersus multis dominum
tudinem hostem reddidit? Sed bona sunt Hom. 1.
tua iudicia Domine, & ad nostram utili-
tatem dispensata. Lues quedam est pec-
catum: per ultionem euulgatur ac tra-
ducitur apud omnes, ne corrumpt omnes;
ut ubi cognoverint, quantas minas una
peperit transgressio, fugiant ultionem; de
multis alioqui sumendam eternam vin-
dictam. Eam ob rem viri sanctissimi,
qui & veræ humilitatis spiritu præ-
diti, se nunquam humanis exutos vi-
tiis agnouere, & caritate incensi
proximorum zelo feruebant, sua
peccata (quod de Catharina Seneq's
si, aliisque proditum est) malorum
omnium, quibus Ecclesia vexaba-
B 5 tur,

tur, causam dedisse putabant. Iam
verò nobis, quos non modò commu-
nis illa vnius Ecclesiæ necessitudo
connectit, sed adhuc proprius qui-
dam eiusdem instituti, ac vocationis
nexus astringit, quanto magis metu-
endum est, ne quod priuatim à sin-
gulis delinquitur, graui totius cor-
poris malo luatur ac vulnere? Neq;
luatur modo, sed periculosa etiam
imitatione exépli serpat longius: ea
nanq; res proclivi ad perniciē, cum
semel cœpit, labitur.

Hac porrò de causa paulò ante
dixeram, in uno quoq; nostrum ma-
gnam positani esse vim ac facultatē,
ut eo sit loco Societas qui nostrum
omnium respondeat optatis; cum
non modò possimus à Deo castissi-
mis precibus id impetrare, quemad-
modum, & veram exteris gentibus
religionem, & Ecclesiæ splendorem
pristinum: sed etiam nobis, qui vin-
culo consociamur arctiori, diuinam
de merebimur benignitatē, quo ple-
nis

in iis misericordia oculis aliquando respiciat, ac subleuet Societatem universam. Hinc & illud existet, si unumquodque huius corporis membrum, meliore cultu; seipsum perponiat, atque exornet, consequens esse, ut ex singularum partium ornametis, totius etiam nitor ac pulchritudo splendescat. Ex iis planū sit, & quę sit obligatio singulorū, & quę huius operis magnitudo, vtq; toti⁹ corporis robur ac valetudo, cū statu cuiusque partis implicita sit, & coheret.

I Neum igitur usum curatum est, ut Sanctissimus Dominus Noster Sixtus Quintus ex Ecclesiæ thesauro Iobileum istud nostrę promeret Societati. Quod si nequissimus satan, cum indignissimè ferat, diuina manu & Societatis opera, tā multis orbis terrarū regionib. fraudari se tam multiplici spe predæ & rapinacū, faturus est, quod in ipso erit, finem nullum huius vineæ septa dirudi, obterendi vites, quatiendi turrim;

turrim; satis patet, quanta nobis vigilantia, quam forti animo ac virtutibus exaggerato, perditis eius combatibus obuiam sit eundum. Itaque prouidendum est, si qua irruptio facta sit vispam, ut ad repugnandum accurramus vniuersi, iisq; malis non in praesens modo, sed etiam, quoad eius fieri potest, prospiciamus in posterum. Quinetiam, ut seduli vinitores non cauent solum, ne exterminet vineam aper de sylua, & singularis ferus depascature am, sed in nouos etiam satus, traduces, repartitiones, propagines, quibus vitium feracitas ac decor augeatur, incumbunt: ita nobis quoque omni operatque opera elaborandum est, vt nō modo nihil detrimenti Societas capiat, sed ut in dies vberior ex ea prouentus, ac vegetigal redundet.

Porrò, quoniam singulari Dei beneficio (id quod & mihi, & toti Societati accidit iucundissimum) renouatio spiritus, & pietatis meditatio-

nes,

mes, quibus superiore Iobilæo vacatam est, mirificos nostris fructus pererere, dubitandum non est fore, ut minimam hanc familiam suam, easdem, quas antea, exercitationes iterantem, noua Deus liberalitate ac misericordia prosequatur. Quocirca consimili nunc ritu modoque peruelim (quae de re Præpositis Provincialibus mandata perscribentur) ad hoc alterum Iobilæum nos comparemus, eoque audius, quod nunc agimus de conseruando amplificans doque Societatis statu: sed &c, quicquid hac de re tunc à nobis delibatum est, ad idem denuò gustandum, magis ac magis nostram acuet auditatem. Deum itaq; etiam atq; etiam supplex obtestor, ne mea causa culpāue, pi; conatus ac cogitationes vestræ concidant, aut retardentur; vosque pro ea, qua omnes ex animo complector, benevolentia, oro vehementer atque obsecro, ut grauem accensum curam suscipiatis de vestris ad absolu-

absolutam pietatem progressionibus. Et quanquam Superioribus de spiritu renouando litteris meis denudatenteq; perlegēdis, multò verò magis Examine, Confessionibus, Spiritualibus exercitiis, & paulò prolixioribus cum Deo congressib; inceundis, ex eius incredibili beneficentia consequuturos vos confido, ut planè intelligatis, quæ sit spes vocationis vestre, & quid sit ambulare dignè Deo: non committam tamen, ne hanc nactus opportunitatem, duas speciatim ad res vos etiam atque etiam adhorter: quæ ad id quod nunc agimus, opitulante Deo, ponderis plurimum videatur habitare.

Quarū prior est, ut ita nobis mutua inter nos caritas curæ sit, expurgatis penitus, abiectisque ex animo velut pestibus, parū benevolis Nationum inter se studiis, aliisq; id genus; perinde atque hac vna re continetur (nam verè continetur) societatis

cietatis incolumitas omnis ac prosperæ res: studeamusq; optimā parentem nostram restituere in antiquum (si qua ex parte is veterasce-
ret) nitorem, ac iucundissimam bē-
nevolentiam, quæ nascentis Socie-
tatis membra vinciebat. Nam si So-
ciorū multitudine aucti sumus, ca-
ritatis tamen amplitudo, nec homi-
num numero, nec locorū distingui-
tur interuallis. Quinetiā legere me
memini apud D. Macarium; Sancti
spiritus caritate in eam interdū hi-
laritatē atq; amoris vim excitari in-
flammariq; pectus humanū, vt om-
nes homines, nullo proboruī impro-
borumq; discrimine, intimes, si fieri
posset, præcordiis suis cōdere vellet
& collocare. Quātū magis hoc tan-
quā pésuim iis reddendū est, quibus
cū fraterna nobis necessitudo mul-
tis nominibus intercedit & quæ non
qualemqualem à nobis amore, sed
eximium quendam reposcit ac ver Reg. bre-
getum, vt sanctus Basilius tradit: quā interrog-
sum 162.

cum quereret, qua nam inter nos benevolentia copulari nos oporteat, ea, respondet, quam Christus Dominus declarauit iis verbis: Diligitе inuicem sicut dilexi vos: maiorem dilectionem nemo habet, quam ut ponat animam suam quis pro amicis suis. Quod si ponenda anima est; quomodo non multo magis in iis quae minoris pretij sunt, necessariò adhibenda est animi promptitudo, non ea re, ut humanis officiis faciamus satis, sed ex consilio, ut Deo placeamus, & veritati cuiusq; consulamus Id quod haud molestum, ac difficile nobis erit, si re ipsa praestemus, quod amanissimus Pater Noster Ignatius tercia parte Constitutionum (Id quod etiam in decimam septimam Summarij regulam transcriptum fuit) commendat: Crebro, inquit, admonescantur, ut in omnibus querant Deum, eximentes se, quantum fieri potest, amore omnium creaturarum, ut affectum universum in ipsarum Creasorum conferant, eum in omni-

a omnibus creaturis amando, & omnes in eo, iuxta sanctissimam, ac diuinam ipsius voluntatem. Quæ cum ita sint, non obscurè intelligitur, quantum à recta via aberrent, qui priuata quædam communione, vel generis & consanguinitatis, vel consimilis naturæ ac morum, vel gentis aut patriæ, abduci se finunt ab eo nexus atque animorum coniunctione, quæ inter nos esse debet.

Et quanquam primis meis ad Superiores litteris, quibus exposui, quam ratione nostris inter se & cum externis agendum sit, attigi non nihil ea de re, ac breuiter indicaui, quanta & P. Ignatij fuerit, & mea nunc sit solicitude, ne quid aduersus hanc spiritus unitatem peccetur, utpote multò magis quam credi possit necessariam: pro rei tamen magnitudine, & ne zizaniorum author, dum aliud agere videtur, simus lata nescio qua specie recti, supponat aliquid suorum seminum, hic

C etiam.

etiam paucis vos ea de re commone-
faciendos putauit. Valde namque
formidandum est, ne sicut olim pa-
corum culpa, ut loquitur D. Hiero-
nymus, quanquam in re dissimili,
ingemiscens orbis terrarum Arri-
num se esse miratus est; ita vitio eo-
rum, qui in sedandis animi motibus
non multum operæ posuerunt, qui-
que, ut ait P. Ignatius, nec ordinem,
nec vniōne ferre possunt, cum lacry-
mis aliquando miretur Societas, no
cā sē esse quę fuerat, sed tanquā effe-
to iā corpore defloruisse. Cum enim
ab ortus sui primordio, nulla habita
dissimilium nationum ratione, ex
mutua animorum coniunctione &
coagmentata sit, & adoleuerit, si
alid paululum deflecteret, Egyptum
non egressa sanè, sed ingressa,
linguam quam nō nouerat audiret.

Huic tām pernitioso, tām pesti-
lenti morbo opportunè medetur, si
castè integręque seruetur memorata
Constitutio, ut quāti sit ea momen-
ti, fa-

et, fatigè appareat; cùm possit, si eius
 & Ius exolescat, tām grauis nobis la-
 bores & calamitas impendere. Itaque
 monemur in omnibus amandum
 esse Deum, & omnes in Deo: Id quod
 si vigeat, & nationum, & persona-
 rum ruer omne discrimen ac dele-
 tus. Nam si Deus in iis, quos diligi-
 mus, diligendus est, is ubi cunq; fue-
 rit, eð se noster amortendat ac por-
 rigat oportet: & quidem vehemen-
 tior in eos, apud quos luculentius
 diligendi ratio, qui Deus est, elucet
 atque eminet. Itaque diligentis an-
 nus, siue Dei donis, quibus enite-
 stunt alij, delectetur, siue alios iis
 quibus carent ornamenti cupiat
 honestari, in utrisque sanè Dei, eo-
 rumque quæ Dei sunt, & amans &
 appetens est. Eam ob rem neque ex
 alienis virtutibus, ceterisque rerum
 bene gerendarum facultatibus (in
 his enim Deum purior animus inue-
 tar) inuidendi detrectandiue, sed
 agendi gratias potius, Deique mu-

nificantiam collaudādi causam nā-
tum se esse putat: neque illi ea quæ
peccantur ab aliis, indignationem
ac stomachum mouent, sed benevol-
entissimam potius commiseratio-
nem, & vehemens studium, vt ad
virtutum decora, quæ in eo defide-
rantur, paranda, proximus conuale-
scat. Atque in hoc posita est omnis
laus adamantis, & quærentis Deum
in fratribus, vt eum agnoscat & com-
pleteatur, vbiunque fit: percupiat
vicissim, vt vberiore manu suas ille
opes impertiat, & tanquam præsen-
tem se præstet, sicubi minus adesse
videatur. Hanc amandi viam si in-
sistamus, erit in improbis etiā quod
amemus, nempe naturam & condi-
toris imaginem, optantes vt Dei si-
militudo rursus in eis eluceat. Eo-
rum autem qui Dei amicitia gratia-
que dignantur, hoc singulare ac ex-
alte ornementum feremus in oculis;
auebimus etiam, vt iidem tam
preciosarum mercium pleniore co-
pia

pia cumulentur. Sicut autem diuinæ gratiæ communio tam latè patet, ut in ea nihil inter Barbaros, Scythas, ceterasque gentes interficit: ita si quis cogitationem defigat in Deo, in nullo hominum prorsus desiderabit ac requiret quod diligit, cum ex Deo qui præstò est omnibus, dimanet ad vniuersos satis magna causa, & quasi communis fons amoris; non secus atque ad conspicendos colores quo suis, communis aliqua ratio suppetit, siue lux ea fit, siue color. Ad hæc, sentiendi appetendiq; vim (ut à Philosophis proditum est) ea re, in quam percipiendam intenditur, oportet esse vacuam, ut multas ad res aduerti adhiberi que posset; alioquin ad aliud nihil pateret, quam ad id, quod in ea fixum esset atque inditum: sicut oculorum sensus, si colorum uno aliquo esset infensus, ad reliquos caligaret. nam si viridi imbueretur, virescere putaret omnia, rubescere si coccineo; atque

in eundem planè modum. de aliis
 quorum si quempiam natura sibi in-
 fitum natus esset, non posset ceteris
 oblectari. Non aliter sanè, nisi pe-
 luntas nostra priuatos amores ac
 propensiones deponat atque exbat,
 benevolentia suæ vim in reservan-
 das propter Deum, ex quo omnia; p
 per quem omnia, & in quo omnia;
 sunt, deriuare non potest, sed, si ad
 patriam gentemque suam animus;
 adhærescat, soruni modo coletani-
 citas, quibuscum patriæ, & gentis;
 communione copulatur. Ide mœve-
 niet, si necessariorum suorum con-
 sanguinitate definitus, carni tan-
 tā & sanguini deseruat: par de
 reliquis iudicium. Quod si infel-
 citer agi putaremus cum oculis, quo-
 rum videndi vis super colore leviter
 videat nihil; quid de voluntate, si in-
 amando similiter affecta sit, sentiens
 dū? Certè neq; corporis oculi, quo
 cum muscis & culicibus communes
 habentur, ad querendum, video-
 dum uia.

dantur. Denique ipsi possunt esse, neque illa oculorum, sicut voluntatis virtutis; boni nominamur & sumus. Itaque summa openitendum est, ut de quodatur voluntas, & ab omnibus vindicetur affectibus, quo liberius consensum & cogitationem induat, quæ Deo soli querendo amandoque dicata est? Hac enim amor, & detinatur liquidum, & omnes ampliatur in partes.

Huc pertinet celsitudo illa animi, & amplissima caritas Apostoli Pau-

li, cuius D. Chrysostomus non mo- Hom. de
dò egregium laudatorem ac præco- proscen-
nem, sed & præsentem quodam- Euang. in-
modo se præbuit spectatorem. Di- illud Apo-
gna planè res, quæ nobis afferat ad- stol. siue
mirationem, & pudorem incutiat. occasione
Ha verò mirificè licet in tot vigiliis, siue veri-
tatum, periculisque aditis ani- zate Chris-
marum causa, quas Christo parere sibi, &c.
studebat, eluxerit; priuatim tamen,
ac præter modum (vt idem S. Doctor
obseruauit) vim suā exprömisit in

amorem, sedulamque curam, quis complexus est Onesimum. Seruus is erat, & quidem profugus ab herili domo, quam & furto vexauerat: eum tamen Apostolus, quamvis omnium Ecclesiarum pressus solicitude, vnicè dilexit. Nam illi, & veniam deprecatur à Philemone, & tāni inusitatum habet honorem, ut eum & filium suum in vinculis, & viscera sua, & alterum se nominare non dubitet. Hæc ei præstabat Apostolus, quia, ut ait Chrysostomus; non hoc considerabat, quod unus esset qui peccauerat, & præsidio egeret, sed quod homo esset: Homo dignissimum Dei animal, & propter quem, nec unigenito suo pater pepercit. Non enim mihi hoc dicas; quod sit fugitiuus quispiam, vel latro, vel fur, vel facinorosus, vel quod sit pauper, abiectus, vilis, & nullius frugis, sed cogites, quod pro ipso mortuus est Christus, sufficiatque tibi, ut pote idonea sollicitudinis causa. Cogita, quantum illam esse necessarium fui, quem tantus Christus ita appretiatus

Nec est, ut nec sanguini suo papercerit.
Neque enim, opinor, si Rex pro aliquo occidi vellet, quereremus argumentum aliud; num magnus quispiam ille sit, quem rex tanti facit. Iam vero perpendamus, quanto dignandi sint amore, qui non fecerii, sed fratres nostri, non fugitiui, aut fures, sed saeculi sunt cōtempnatores, abdicatis ob Christum omnibus, in eandem nobiscum conscripti militiam, iisdem castris signisque centuriati ad quotidianos labores atque excubias, in Dei tandem adoptionem, & hereditarium regni ius adsciti.

Nihil igitur mihi antiquius, nihil in optatis magis est, quam, ut quanto maximo possumus studio conglutinemur inter nos mutuae necessitudine caritatis, quae ab Apostolo merito dicitur vinculum perfectionis. Nam & cum demum præstitisse notis videbitur Deus, quod despondet per Sophoniam; Reddam, inquit, *Soph. 3. populus latrone electum, ut innocenter* *autem*

40 Doystudis perfectis vs
in nomine Domini, & servient eis hinc re-
vno. Labium vere electum: neque
enim in linguis omnibus illa pretioce-
rior, neque ad loquendum audiens
dumne iucundior, neque ad res bene
genendas valentior, quamvis linguae
genus, quod animalium, coquiliorum,
operumque coniunctione fraterius
amor format atque instruit. Hinc
enim existit Deo famulantiunt tanta
consefisio, ut uno quasi humeros
quicquid est onerum, portare vi-
deantur. Sed & illud memoria re-
petendum; cum Deus Sacilegos Tur-
ris Babel architectos ac molitores
ab opere, quod stulte & aduerso nu-
mine machinabantur, arcere, & tan-
quam deturbare statuisse, id de-
sum non aliter perfecisse, quam dis-
similium confusione linguaram: tan-
tum valet ad res interturbanas dis-
sidium quodus, etiam linguaram,
tametsi magna foret inter illos con-
fessorum voluntatumque conspira-
cio. Nos contra, si vias, ac spiritua-
les

Ies domos iuxta S. Petri sententiam
in nostris proximorumque menti-
bus extrinseco cōtendimus, & ad mru-
res felicioris Hierusalem, pro qui-
bus, ut benigne faceret Dominus in
bona voluntate sua, David castissime
precabatur, ex edificādos, aliquid afe-
fere momenti; idem iugū trahamus
oportet, & ad unius lingue consortiū
redēamus: alioquin labores quidem
magni, labo: ū fructus penē nullus.

His expositis, perspicuum est (quod
& initio dixeram) quām exitialis sit
ista velut linguarū varietas, & quām
seuerè in eos animaduertendum, qui
tantam luem importarent in fami-
lia nostra; cūm hoc malo gra-
fante, & structuræ tam illustris, &
diuinæ gloriæ feliciter prouehendę,
labor omnis atque apparatus noster
frangatur & concidat. Multa qui-
dem in hanc sententiam possent ad-
duci, non modò ex Euangeliis, Pa-
trumque libris atque exemplis, quæ
ad nihil fermè aliud nos instituerunt,

nec

nec solum ex nostris Constitutionibus, quæ nullam in rem grauius, aut crebrius amplificandam excurrunt, perinde atque hoc Societatis esset columen ac firmamentum: sed etiā ex omni rerum natura. Siquidem cælum, terra, vt egregiè disputat Gregorius Nazianzenus, elementorum mistiones ac tēperaturæ, membrorum proportiones, & coniunctiones, animalium nutrimenta, ortus, habitationes distinctæ, quorum quædam sub iugum à nobis trahuntur, quædam libera sunt: hæc igitur omnia cùm ita se habeant, ac secundum primas causas harmoniæ siue coniunctionis & mutuæ concordiæ regantur ac moueantur; quid aliud putare debemus, quam prædicare amorem & concordiam, suoq; exemplo coniunctionem animorum inter homines sancire? Contrà verò sublata consensione, quam vocat ille pulcherrimum, & utilissimum Christianæ sapientiæ decus, rerum vaſtitas

vastitas continuo deservit & ordinis
 perturbatio, quæ, ut illius verbis v-
 tar, in aere quidem fulmina, in terra suc-
 cussiones, in mari exundationes, in urbibus
 ac familiis bellæ, in corporibus mor-
 bos, in animis peccata, quasi nonas res mor-
 tiendo introduxit. Veniat illud in mæ-
 tem, Patres ac fratres desideratissi-
 mi; Concordia res patuae crescunt, dis-
 cordia maxime dilabuntur. Cuius enim
 nauis tam constans est, ac firma com-
 pactio, ut euulfis clavis quibus tabu-
 lae & trabes agglutinantur, non sta-
 tim fatiscat ac recidat in struem li-
 gnorum, cuius sit usus in re nautica
 nullus? Cuius verò aut turris, aut
 arcis tam septa atq; munita firmitas
 ac robur est, quod soluta compage
 saxonum non continuo ruat, atque
 ex propugnaculo degeneret in acer-
 um, temerè congestis in unum lapie-
 dibus? Non enim ex laxis & coementi-
 sis, sed ex apta & quasi demensa sa-
 xorum coementorumque structura,
 turris aut murus assurgit. Quinetis
 de

de Regni Saluator clare ostendit
Lnc. 11. strat; Omne regnum eius ipsius destruetur
 desolabitur, & dominus supra dominum re-
 des. Profecto, sicut concordem So-
 cietatis statum, quæcumque trahant
 pant extrinsecus, labet adhuc non
 possunt: ita vicissim, si concordie
 inter suos iacturam faciat, nullus
 poterit extrariis coherere præsidium.
 Et quoniam D. Bernardus, cuius illud

Serm. 29: Canticorum exponeret; *Filij malorum
 mee pugnauerunt contrame, præclarè
 ut assolet, de hoc toto argumento
 disputat, licet ab omnibus sermo-
 nem illum perlegi velim; quo magis
 tamen ad manū uniuersique sit, hic ih-
 dius partem aliquam disputationis
 scribam. Cum igitur de grauioribus
 dissidiorum incommodis ageret;
*Eongè queso, inquit, à nobis facite semper
 hoc tam abominabile, & detestabile
 malum, vos qui experti estis, & quotidie
 experimini, quād bonum sit, & quād in-
 candalum habitare fratres in unum, si tan-
 men in unum, & non in scandalum vello
 quin,**

qui, nec in cunctum planè, nec bonum, sed
peccatum, ac molestissimum. Vae autem
homini illi, per quem unitatis vinculum
cunctum turbatur: iudicium profectò
portabit, quicunque est ille. Ante mihi
contingat mori, quam audire in vobis
quempiam iustè clamitantem; filijs matris
meae pugnauerunt contra me. Nonne pre-
sentis congregacionis tanquam unius mas-
tris filij omnes vos estis, singuli alterutrum
fratres? Quid ergo à foris vos conurba-
re, aut contristare possit, si intus bene estis,
et fraterna pace gaudetis? Denique quis
vobis nocere poterit, inquit, si boni emu-
latores fueritis? Quamobrem emulamini
charismata meliora, ut bonos vos pro-
petis emulatores. Charisma per optimum
caritas est, planè incomparabile, quod nos
nos sponse cœlestis sponsus toties inculcare
curabat, nunc quidem dicens; In hoc co- Joan. 13.
gnoscet omnes, quia mei estis discipuli, si
dilectionem habueritis ad iniicem: Nunc Joan. 15.
vero; Mandationem nouam do vobis, ut dili-
gatis iniicem, et Hoc est præceptum me-
um, ut diligatis iniicem: Itemque, præans
trinus

vnum eos fore, sicut ipse & pater vnum sunt. Et vide si non ipse Paulus, qui se ad charismata meliora inuitat, inter cetera caritatem in summo ponit, siue cum fide et spe dicit eam esse maiorem, & supereminentem scientiam; siue cum enumeratis pluribus, aut mirabilibus superne gratie donis, tandem ad superexcellentiorum viā nos mittit, hanc aliam profectō illā quam caritatem definiens. Denique, quidnam huic comparandum putemus, que ipsi perferrunt martyrio, ac fidei transferentimontes? Hoc igitur est quod dico, pax vobis à vobis sit, & omne quod extrinsecus minoris videtur, non terret, quia non nocet. Nam è contrario quicquid foris blandiri apparet, nulla est profectō consolatio, si intus, quod absit, seminarium discordiae germinauerit. Proinde, dilectissimi, pacem habere ad vos, & nolite lēdere inuicem, non facto, non verbo, non signo qualicunque.

Tandem, ut hac de re, de qua (cum nostra vehementer intersit) pluribus egi quam cogitaram, scribendi finem

finem faciam; magnoperè cupio se-
cum quisque reputet, quod Pater
Noster decima parte Constitucio-
num tradit, & refertur 30. regula
inter communes; Caucaut, inquit,
sibi omnes ab illo affectu, quo aliae de
aliis nationibus sinistre sentire, aut lo-
qui solent, quin potius, & bene sen-
tiant, & peculiari affectu diuersas à
sua nationes prosequantur in Domino;
ac proinde nemo bella, contentionesque
inter Christianos Principes in colloqui-
um inducat. Usque ad eū planè ad-
borrebat ab hoc malo, ut ne eos
quidem sermones suis licere vel-
let, quibus aut de Principum aga-
tur similitatibus, aut aliis aliena-
tiones obloquantur. Ne quid igi-
tur resideat inter nos inimicum
concordiae, siue id ex studio natio-
num, siue ex aliis redundet fonti-
bus, sanè amarissimis, cùm ad læ-
tores progressus omne nobis iter,
atque aditum integriludant; vnuſ-

D

quis-

quisque, velim, in se ipse omnesque inquirat, & attentè dispiciat, quām sī
aule fraternam colat consideratiō
nem: neque leuiter eam resūctō
currat, sed cuiusmodi sit sua caritas
exploret ad lydium lapidem, & ex
gat ad eam normam, quam Apostolus
Ius præscribit his verbis: Caritas pa
tiens est, benigna est: caritas non ambia
tur, non agit perperam: non inflatur, non
est ambitiosa: non querit que sua: sanguis
non irritatur, non cogitat malum: non
gaudet super iniuriam: congaudet aperte
rem veritati: omnia suffert, omnia crati
dit, omnia sperat, omnia sustinet. Hoc
igitur modo, si quasi ad lydium ex
dicitur, lapidem exploretur caritas
nostra, si qua harum laudum, effe
ctorumque careat, nondum omnia
virtutis numeros complexa censem
tur: sed quot ornamentis ab Apo
stolo commemoratis destituta sit,
tot eam gradibus, & quasi notis ab
eo, quoē summum optimūmque
est,

est; abesse arbitremur. Enitendum
agitarest, ut eam &c id quod perfe-
tum, siveque omnibus partibus ex-
ploratum sit, perducamus: & si laude
patientiae carabant, vel benignitatis,
vel clementie ex reliquis, eam quae de-
sideratur, comparemus. Nec facile
sunt enim in mentem, quam nata
adulterium libellam ista res exigi pos-
set, ex qua magis apparet manife-
stum, vel quid vaicunque desit in hoc
genere, vel quae sibi ratio ineunda
sit, ut recte amandi legem, integrum
inuicem tamque conseruet, quam A-
postoli memorata præscriptio. Il-
lud denique habeamus; fructum,
quem Dominus a nobis reposcit iis
verbis, *Ego vos elegi, ut eatis, et fru-* *Ioan. 15.*
ctum afferatis, et fructus vester maneat,
et siud nihil esse, ut Diuus Augusti-
nus exponit; Maneat, inquit, dilectio: In Tract.
ipsa est enim fructus noster. Quocirca 86. in Ioh.
etiam si sanguinem profundamus,
aut Angelorum etiam linguis loqua-

D 2 mur,

mur, aut montes solo verbo trahis-
feramus; nisi reddamus hunc fru-
ctum, nihilominus ut infrauctos
palmites praecidemur. Cuiusmodi
crimen si iure plectendum est in e-
minibus; (Nam ex sterili siccu testa-
ti voluit Dominus, quae supplicia
in desideriis homines, ac plane steri-
les constituta sint) quibus tandem
securibus, quibus ramulis secu-
tur in eas arbores, ex quibus nec
soli, quod occupant, uberrima fe-
racitas, nec syderum quibus afflan-
tur, benignissima vis, quicquam bo-
næ frugis expressere?

Neque prætereundum puto, quod
ad hanc rem maximè, de Euangeli-
ca siccu scribit Ambrosius. *Quod de*

Lib. 7. su. Iudeis, inquit, *dictum, omnibus canen-*
per Luc. c. dum arbitror, & nobis maximè, ne fer-
cundum Ecclesiæ locum vacui meritis va-
cupemus, qui quasi mala granata benedic-
ti, fructus ferre debemus inter nos, fru-
ctus pudoris, fructus continenter, fru-
ctus

Eius munus caritatis & amoris, sub una
victoria magis Ecclesie inclusi, ne aurano-
seatur, ne grandio decutiat, ne aestus cupi-
ditatis exurat, ne humoris imber elidat.
Animum iam referamus ad opimum
istum ac pulcherrimum Ecclesiæ a-
grum, & in eius amplitudine me-
minerimus partem esse nullam, aut
feraciorem, aut frigoris & caloris
modo temperatiorem, aut maiore
agricolarum opera subactam, at-
que excultam, quam Religionis sta-
tum; & facile intelligemus, quan-
tò grauioris culpæ rei efficeremur,
si hanc ipsam partem vacui meritis
occupemus. Perspiciamus deinde
quid mali publici typi Sanctissimus
Doctor indicet de commoditati-
bus, ac præsidiis, quæ nobis suppe-
runt ex religiosæ disciplinæ tan-
quam velamento, aut tortice; qua
contesti, verendum non est, ne ven-
gis impetum, ne decutiamur grá-
dine, ne stultarum æstu cupiditat-

tum torreāmūr, ne dēliciāmūr im-
bribus, ac procellis. O quām optatam
& expeditam securitatem religio
nobis p̄st̄at? d'quōt vtilitates
commoda nobis in hac tanquam
penuaria cella rep̄sita sūnt, si eā
cognoscamus! Verum h̄ęc pluri-
bus persequi, neque loci, neque tem-
poris huius est: sed quām tūd aga-
mus, audiuimus: audiamus iam, que
nos vicissim ei, cuius in tuęla ac
pr̄silio sumus, debeamus. Debe-
mus verò fructū in alio punico quām
simillimum, fructum sanè non ad-
umbratum ad speciem, & variis pa-
tentem iniuriis, sed constantem,
& in intimis expressum sensibus:
fructum ingenui pudoris, mutuæ,
fructum coniunctionis atque amo-
ris, p̄nicorum instar granorum,
quorum & conceptaculum intra-
corticem, & rubicundus decor, &
dispositio concinnior, usq; ad eō
verò alia ex alijs annexa, tactu mihi
tuo

etq; cohærescent interfse, vt eorum series in vno aliquo potius solidoque corpore descripta videatur, quam ex diuersis vermiculata corpusculis. Ac ne longior sim hac iure, vtque ad alteram ex duabus, quas proposueram, gradum faciam, omnes ad extreum iisdem, quibus incooperā, verbis oro atq; obtestor, nēpe, ut cōsensionē mutuā, eo studio, quo Societatē saluā cupimus, tueamur.

A L T E R A res, qua si minima Societas nostra nitatur, fore cōfido, vt (quæ Dei beneficentia est) etiam atque etiam in dies efflorescat, est præcipua quædam religio ac pietas erga Sanctissimam Virginem Mariam. Ea namque cum parens fuerit eius qui omne cælum, omnemque naturam molitus est, verè ac propriè, vt ait Damascenus, in res uniuersas Heræ ac Reginæ nomen & ius adepta est. Itaq; velim in omnibus rebus acceptioribus, siue publicis

D 4 SOCIETATIS

657

Societatis, siue propriam singulorum, praestanti quadam veneracione, ac singulari fiducia, quæ nullam vereatur repulsam, ad hoc laborum omnium, ac solitudinum perfugium supplices accurramus. Evidem mecum dum reputo, quanto deuotionis affectu hanc cœli Reginam complexi sint, quantumque ex eius pio, & assiduo cultu, ad omnem profecerint sanctimoniam, ac priuatim P. Ignatius quantam resum nostrarum spem ac tutelam, in hac velut arce collocari; magnoreor studio, ut & nos eam propensissimis animis atque obsequiis prosequamur, deponentes, ut ipsa met deprecante, hac pietas velut suauissima nardus nostris mentibus innascatur. Certè siue spectemus Deiparæ Virginis dignitatem, auctoritatem Deo, in tam illustri excelsoque loco sitam, ut per se ipsa, & religionem, & admirationem meas: siue bene-

beneficiorum idius in nos magnitudinem, quibus gratiam quam possumus referre fas est: siue in opiam ac mendicitatem nostram, quam oportet tam salutari patrocinio sustentemus, potiora semper sperantes in posterum; haec inquam, omnia si spectemus, ea sane quam maximas a nobis honoris, & amoris significaciones erga cælestem hanc præsidem, & custodem nostræ salutis exposcunt.. Quapropter merito Diuus Bernardus, Totis, inquit, mes Serm. de dulci cordium, totis præcordiorum affecti. Mabitibus, & votis omnibus Mariam bancaria, veneremur, quia sic est voluntas eius, quia totum nos habere voluit per Mariam. Denique, cum tot nostræ, & egestates, & ærumnæ levare nequeant, nisi ab ea, quæ polleat, & caritate, quam velit, & potestate, qua laborantibus queat opitulari; quantum in utroque Maria valeat, ex eo quod præpotentis Dei mater est, manifeste.

Ita perspicitur. Id Diuus Bernar-
dus tradit iis verbis; *Nobil enim
sic potest, vel pietatis eius, vel potestas
sit commendare magnitudinem: nisi for-
te, aut non creditur Dei filius honorare
matrem, aut dubitare quis possit, in effectu
deum caritatis transisse Maria viscera,*
quibus novem mensibus ipsa que ex Dœ
ci curitas corporaliter requieuit. Verum
quia longiori, aut cohortatione, aut
laudatione Augustissimam Virginem
celebrare, mei consilij non est;
ut ad calcem aliquando decurratio-
ratio, illud addidisse satis sit, quod
Germanus Constantinopolitanus
Patriarcha, in Homelia quadam, bro-
uissime quidem, sed grauiissime de-
piè ac benevolè colenda Deipara
Virgine pronunciauit, eam compel-
lans: *Quomodo, inquit, corpus nostrum
vitalis signum operationis habet respira-
cianem; ita etiam sanctissimum suum ve-
tem, quod in ore seruorum suorum verset
sur residuæ, in omni tempore, lato, ex modo*

*non solum beatitudine, & auxiliis est signum
sed ea etiam procurat, & conciliat.*

"Ego sane immensa Dei largitate
fractus; facile in animum induco; ex
haec posteriore renouatione, cui non
minus fedulò, plus etiam quam pri-
ori, vacandum esse confido, omni-
bus Societatis membris præstantem
quendam splendorem atque incre-
menta pietatis accessura, præsertim
si serio atq; enixè studeamus, duob;
iis ornamenti, que iam dudum com-
mendo, magis ac magis abundare,
nimirum, fraterna inter nos consen-
sione, & per quam honorifico in Be-
atissimam Virginem studio ac pie-
tate. Quam si deditissima mente cō-
pleteamur, suam illa in fidem, & cli-
entelam nos asciscet, augebitque, ve-
let sedula deprecatrix, iis virtutib;
que ipsam quasi delit: s affluentem,
cæstibus ipsis speciosam atq; admi-
rabilem præstare: & quibus nos o-
portet collucere, ut eius filio placea-
mus,

mus, qui eatum vestigium ac velut
lineamentis terrarum orbem pri-
mus impremit; veramque docuit
humilitatem, puritatem, patientiam;
animarum zelum, & resum quae
in terris sunt, despicienciam; ut su-
bit aliquid similitudine con-
spectuq; dignatos, in sem-
piternæ lucis, & glo-
riæ domicilio col-
locaret.

ROMÆ. XIX. MAI

M. D. LXXXVI.

